

## DEDICATORIA.

ctiones & officia, nec vnus ordo debet v-  
surpare quod alterius est: alias fieret *αἴταξία*  
& ordinum confusio. Vnde abiectiones &  
eminentiores etiam suo: regali Reges, sacri  
sacro, seculares seculari fungantur officio,  
& sic se in uicem adiuuent, ament, & piam  
conspirationem faciant. Hunc inquam, or-  
dinem Deus non vult confundi: sed hodie  
heu miserabiliter confunditur & turba-  
tur. Maiorem enim pars hominum in fœdam  
incurrit in gratitudinem: quô quis nunc in  
maiori dignitate & fortis excellenteris e-  
minentia est à Deo constitutus, tanto ma-  
iori fastu inflatur & turgescit, propter pre-  
claras dotes & amplissimas functiones,  
pauperes & abiectionis fortunæ & condi-  
tionis homines despiciunt: Econtrà pauperes  
ob fortis vilitatē necessaria vocationis suæ  
officia negligūt, superiores functiones ap-  
petunt, & sic in pernitosam *πολυθεσμού*  
*νήσι* incurruunt, quod vitium in hoc tragico  
mundi theatro & omnium rerum amurca,  
est communissimū. Est igitur humanum  
cor *ἀφύκορον καὶ φιλόκαιον*, fastidiens præsen-  
tia & amans nouitatis, hoc est, non con-  
tentum sua sorte, ideo benè & eruditè di-  
xit Plato: *αὐτὸς πάτερ οὐ μετέβαλον τῶν:* Huic  
sententiæ astipulatur & Horatius dicens:

Qui